



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XXXIX. Evemervs. XIII. Arch.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

## XXXIX. EVEMERVS. XIII. ARCH.

**E**vemerus Archiepiscopus annis 3. Germanicas latè provincias bellorum turbis doluit involvi, & ipsum Occidentis Imperium sub Imperatore Valentiniano III. ob publica scelera penitus collabi. Tumulo illatus est Evemerus an. 461.

## XL. S. MARVS. XIV. ARCH.

**S** Marus annorum 4. Archipræsul insigni Religionis zelo claruit: testimonium dicant verba Brovveri relicta & legenda posteritati: *Marus maiorum literis, at amissis injuriâ temporum celebratus, Decessoris Cyrilli vestigia renovavit; basilicam namque Virgini Matri à D. Felice constructam, communi verò postea urbis incendio ac populatione Hunnorum corruptam reparavit, sepulturam in ade D. Paulini operis antiqui, nec inelegantis cum multiplici anathemate, hac inscriptione illustrem adeptus:*

*Præsul Marus Deo  
Dilectus multas  
Carne vincens, egit  
Virtutes. Cuncta  
Ejus vitæ liber  
habet.*

Librum eum, ut alia pleraquæ vetustas abolevit. Sed quantum Vir hic sanctitate præstiterit ac morum innocentiam, innumera prodidère miracula, quibus sepulchrum eius veneratione plenissimum, omni seculorum ætate gloriosum extitit. Repositus in Divorum numero colitur die 26. Januarii an. 465. Treviris erptus.

## XLI. VOLVSIANVS. XV. ARCH.

**V**Olusianus post D. Marum Trevirorum Ecclesiam regendam suscepit à providentia multum laudatus: Metropolitanæ quippe & Primatus dignitatem, qua D. Agritius à Sylvestro Pontifice eximie fuerat ornatus, literis novis in rei antiquioris fidem datis, confirmari & instaurari providè curavit, ne

M

nimi-